



Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Tertia Conclusio. Etiamsi maleficus paratus sit semper maleficia exercere,
non licet tamen eius vti opera ad tollendum maleficium si probabiliter
cognoscatur & præsumatur, quod alio maleficio vtetur ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Tertia Conclusio. *Etiam si maleficus paratus sit semper maleficia exercere, non licet tamen eius uti opera ad tollendum maleficium, si probabiliter cognoscatur & presumatur, quod alio maleficio utetur ad soluendum adhibitum.*

HAEC est communis Theologorum sententia, contra Angelum in verb. Superstitione. §. 13. allegantem Aureolum in 4. d. 34. q. 2. pro sua parte. Constat Conclusio. Maleficus grauiter peccat, quando arte magica, & diabolica maleficium à se, vel alio illatum tollit, ut ex dictis in secunda Conclusione patet. Ergo non licet eum inducere, etiam si paratus sit, ut id faciat, quod sine peccato exequi non potest. Quia sic inducens consentit in peccatum alterius, quod sine scelere fieri non potest, iuxta Pauli sententiam: *Digni sunt morte non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, & sic in casu, petens est caussa proxima & efficax peccati.* Licet enim talis paratus esset, non tamen fecisset illud particulare maleficium, ad finem petitionis directum, nisi petens induxisset. Pro dictæ sententiæ persuasione facit: *licitum est vnicuique uti malo alte-* I. ep. 154. *rius ad suum commodum.* Sic secundum S. ad Publica-
lam, & ha-
beatur 22.^a August. *licitum est mihi uti, ad commodum meum, iuramento hominis infidelis, quamvis sciam illum iuraturum per Deos falsos, quos* q. 1. can.
Mouet te, *colit.*

colit. Ad idem pertinet, quod communis Doctorum consensu potest quis mutuum petere ab eo, quem scit non nisi ad usuram daturum. Respondetur, quod non est similitudo in exemplis. Quia in his casibus qui petit, cupidus, quod sine peccato fieri potest, etiam cum merito. Malitia enim in duabus exemplis positis non sequitur ex natura rei, sed ex ipsius operantis mala voluntate, quae est extrinseca opere. Qui enim petit iuramentum ab infideli, non cupit ut per falsos Deos iuret, (alioquin sic petens peccaret, quia peteret id, quod est aperie peccatum) sed solum petit, ut iuret: Etsi esset optio in offerente iuramentum, mallet eum per verum Deum iurare. Eadem ratione, qui cupit mutuum ab usurario, non petit ad usuram pecuniam, quia sic peccaret: cum id sine peccato fieri nequeat: sed petit sibi dari mutuum, quod laudabile & meritorium est. Ad maiorem & clariorem harum obiectionum lucem vide S. Thom. 2.2. q.78. art.4. Ioannem à Turrecremata in d. cap. Mouette: & Dominicum à Soto lib. 6 de iustit. & iure q. 1. artic. 5. & Alphonsum Castreri. lib. 2. cap. 15. de iusta haeret. purificione. Altera autem ratio est in casu propositae Conclusionis: quia qui petit a malefico, uante magica maleficium soluat, pro tuo commodo & utilitate, is petit quod ex rei natura sine peccato nequit fieri. Quare optimè declarauit facultas Parisiens. in d. artic. 7.

quod

quod sit error dicere: quod possit dispensari,
ut quis licet talibus posset uti. Quia commu-
nis & verissima Theologorum sententia est,
quod dispensatio non cadat in ea, quæ ex na-
tura sua sunt mala.

Quarta Conclusio. *Si maleficium ad-
hibitum eius esset generis, quod naturali
aliqua virtute, aut actione, sine ulla Dæ-
monis inuocatione & auxilio posset dissolui,
non esset illicitum petere dissolutionem à
malefico aut incantatore.*

VT, exempli gratia, si malefica posuisset
sub limine alicuius ianuæ aliquod male-
ficium, quo remanente vaccæ morerentur, aut
lac eis subtraheretur: non esset peccatum re-
mouere tale signum, aut maleficium. Haud
dissimile est, quod refert Gregorius Turonen-
sis lib. 8. Historiæ Francor. cap. 33. Aiebat, in-
quit, Parisianam urbem quasi consecratam
fuisse antiquitus, ut non ibi incendium præ-
ualeret, non serpens, non glis appareret: nuper
autem cùm cruciculi pontis emundarentur, vt
cœnum, quo rep̄atus fuerat, auferretur, ser-
pentem gliremque ærum repererunt, quibus
ablatis, & glires extra numerum ibidem, & ser-
pentes apparuerunt. Dictam Conclusionem
tenent. Scotus in 4. d. 34. quæst. vñica. Gabriel
in 2. d. 8. q. 2. art. 4. dub. 2. Syluester in summa,

verb.